pulus auino. **E**t percussit inimicos suos
in posteriora: obprobrium sempiternū dedit illis.
Et repulit tabernaculū ioseph: et tribū effrē
n̄ elegit. **S**ed elegit tribū iuda: montem
syon quē dilexit. **E**t edificauit sicut uni-
cornis sanctificium suū: in terra quā fun-
dauit in secula. **E**t elegit dauid seruum
suum: et sustulit eum de gregibz ouium: de

post fetantes accepit eum. **P**ascere iacob seruum suum. et ysaïel hereditatē suam. **E**t pavit eos innocentia cordis sui. et intellectu manuū suarū deduxit eos.

¶ Tu es deus qui facis mirabilia.

Deus **VENERUNT** **PP. XXX**
gentes inhereditatē tuam. polluerunt templū sanctū tuum. posuerunt ierusalem in pommorū custodiam. **P**osuerunt morticina servorū tuorū escas volatilibus celi. carnes scōrū tuorū bestiis terre. **A**ffuderunt sanguinē ipsorū tamquā aquam in circuitu ierusalem. et non erat qui sepeliret. **F**acti sumus obprobrium vicinis nr̄is subsanatio et illusio hīs qui in circuitu nr̄o s̄. **A**sq; quo dñe irascere infinem. accendetur velut ignis zelus tuus. **A**ffunde iram tuā in gentes que te n̄ noverunt. et in regna q̄ nomen tuum n̄ inuocauerunt. **Q**uia comederunt iacob. et locum ei desolauerunt.

Ne memineris iniquitatū nr̃arū antiquarū. cito
anticipent nos misericordie tue quia pauperes
facti sumus nimis. **A**diuuā nos deus salu-
taris nr̃. et ppter glām nominis tui dñe
libera nos. et ppius esto peccatis nostris p-
pter nomen tuum. **N**e forte dicant ingen-
tibz ubi ē deus eorū. et innotescat in nationi-
bus coram oculis nr̃is. **U**ltio sanguinis ser-
uorū tuorū qui effusus est. intreat in spec-
tu tuo gemitus opeditorū. **S**ecundū mag-
nitudinem brachij tui. posside filios morti-
ficatorū. **E**t recte uicinis nr̃is septuplū in
sinu eorū. in pperuū ipsorū quod exprobrauerūt
tibi dñe. **N**os autem ppl̃s tuus et oues
pascue tue. cōfitebimur tibi in seculum. **I**n
generatione et generationem. annuntiabi-



mus laudem tuam. **ps. 124.**

vj. regis. Israel intende. qui
deducis uelut ouem ioseph. **Q**ui



timebunt gentes nomen tuum domine: et
 omnes reges terre gloriam tuam. **Q**uia edi-
 ficauit dñs syon: et uidebit in gloria sua,
Resperit in orationem humilium: et non spre-
 uit precem eorum. **S**cribant hec in generatio-
 ne altera: et populus qui creabitur laudabit do-
 minum. **Q**uia prosperit de excelsis sancto suo
 dñs de celo in terram asperit. **U**t audiret ge-
 mitus opeditorum: ut solueret filios interempto-
 rum. **U**t annuntient in syon nomen dñi: et
 laudem eius in iherlm. **I**n ueniendo pupulos
 in unum et reges: ut seruiant dño. **R**espon-
 dit ei in uia uirtutis sue: paucitatem dierum
 meorum nuntia michi. **N**e reuoces me in dimi-
 dio dierum meorum: in generationem et generati-
 onem anni tui. **I**nitio tu dñe terram fun-
 dasti: et opera manuum tuarum sunt celi. **I**psi
 peribunt tu autem permanes: et omnes sicut
 uestimentum ueterascent. **E**t sicut operto

rium mutabis eos et mutabuntur. tu autem
idem ipse es et anni tui non deficient.

Filij
seruorum tuorum habitabunt. et semen eorum
in seculum dirigetur.

Benedic anima mea domino. et omnia
que intra me sunt nomini sancto eius.
Benedic anima mea domino. et noli obliuisci om-
nes retributiones eius. **Q**ui respiciat omnibus
iniquitatibus tuis. qui sanat omnes infirmi-
tates tuas. **Q**ui redimit de interitu uitam
tuam. qui coronat te in misericordia et misera-
tionibus. **Q**ui replet in bonis desiderium tu-
um. renouabit ut aquile iuuentus tua. **F**a-
ciens misericordias dominus et iudicium. omnibus in-
iuriam patientibus. **N**otas fecit uias suas
moysi. filiis israel uoluntates suas. **M**isera-
tor et misericors dominus. longanimis et mul-
tum misericors. **N**on in perpetuum irascetur.
neque in eternum dominabitur. **N**on secundum pec-

carita nra fecit nobis: neq; scdm iniquitates
 nras retribuit nobis. **Q**uo scdm altitudinē
 celi a terra: corroborauit misericordiam suam sup
 timentes se. **Q**uam distat ortus ab occi-
 dente: longe fecit a nobis iniquitates nostras.

Quomodo miserebitur pater filiorum: misericors est
 dñs timentibus se: quō ipse cognouit figmen-
 tum nr̄m. **R**ecordatus est quō pulvis sum: et

homo sicut fenum: dies eius tamquam flos
 agri sic efflorescit. **Q**uō spiritus pertransibit
 in illo et non subsistet: et non cognoscat am-
 plius locum suum. **M**isericordia autem dñi ab
 eterno et usq; in eternum: sup timentes eum.

Et iusticia illius in filios filiorum: hijs qui seruant
 testamentū eius. **E**t memores sunt manda-

torum ipsius: ad faciendum ea. **D**ñs in celo pa-
 rauit sedem suam: et regnum ipsius omnibus
 dominabitur. **B**enedicite dño omnes angeli ei:
 potentes uirtute: facientes uerbum illius ad

audiendam uocem sermonū eius. **B**enedi-
cite dñō omnes uirtutes eius. ministri eius
qui facitis uoluntatem eius. **B**enedicite
domino omnia opa eius. in omni loco domi-
nationis eius benedic anima mea domino.

clamo: inquit ad
te ueniat.



enedic anima mea do ~~ps 138~~
mino. dñe deus meus magnifica-
tus es uehementer. **C**onfessionē
et decorem induisti. amictus lumine sicut
uestimento. **E**xtendens celum sicut pellem.
qui tegis aquis supiora eius. **Q**ui ponis nu-
bem ascensum tuum. qui ambulas sup pen-
nas uentorū. **Q**ui facis angelos tuos sp̄c.
et ministros tuos ignem urentem. **Q**ui
fundasti terram sup stabilitatem suam. n̄
inclinabit̄ in sc̄m seculi. **A**bysus sicut ue-
stimentū amictus eius. sup montes stabunt
aque. **A**b increpatione tua fugient. auo-
ce tonitruū tui formidabunt. **A**scendūt

montes et descendunt campi. in locū quē fundasti eis. **T**erminum posuisti quem nō transgredient. neque auertent opus terram.

Qui emittis fontes in uallibus. inter malum montium pertransibunt aque. **P**otabunt omnes bestie agri. expectabunt onagri insiti sua.

Super ea uolucres celi habitabunt. de medio petrarum dabunt uocem. **R**igans montes desuperioribus suis. de fructu operum tuorum faciat terra.

Producens fenum iumentis. et herbam seruituti hominum. **U**t educaas panem de terra. et uinum letificet cor hominis. **U**t exhilaret faciem in oleo. et panis cor hominis confirmet. **S**aturabunt ligna campi. et cedri libani quas plantauit. illic passerēs nidificabunt. **H**erodij domus durā est eorum. montes excelsi ceruis. petra refugium herminacis. **F**ecit lunam in tempore. sol cognouit occasum suum. **P**osuisti tenebras et facta est nox. in ipsa pertransibunt om-

nes bestie silue. **C**atuli leonū rugientes ut
rapiant. et querant adeo escam sibi. **O**rtus
est sol et aggregati sunt. et incubilibz suis col
locabunt.

Exibit homo adopus suum. et
adoptionem suam usq; aduespam.

Quam
magnificata sunt opa tua dñe. omnia insa
pientia fecisti. inpleta est t̃ra possessione tua.

Hoc mare magnum et spaciosum manibz. illic
reptalia quoz non est numerus.

Animalia
pusilla cum magnis. illic naues p̃transibūt.

Dracō iste quem formasti ad illudendum ei.
omnia ate expectant ut des illis escam in
tempe.

Dante te illis colligent. aperiente
te manum tuam omnia implebunt bonita
te.

Auertente autem te faciem turbabun
tur. auferes spiritum eoz et deficient. et in
puluerem suum reuertent.

Emitte sp̃m
tuum et creabunt. et renouabis faciem terre.

Sit gloria dñi in sc̃lm. letabit̃ dñs in opibz suis.

Qui respicit terram et facit eam tremere. qui tangit montes et fumigant. **C**antabo dñō in uita mea. psallam deo meo quam diu sum.

Locundum sit ei eloquium meū. ego uero delectabor in dñō. **D**eficiant peccatores a terra. et iniqui ita ut non sint. benedic anima mea dñō.

Confitemini dñō et inuocate nomen eius. annuntiate inter gentes opa eius. **C**antate ei et psallite ei. narrate omnia mirabilia eius. **L**audamini in nomine sancto eius. letetur cor querentium dñm. **Q**uerite dñm et confirmamini. querite faciem eius semp. **M**ementote mirabilium eius que fecit. prodigia eius et iudicia oris eius. **S**emen abraham serui eius. filij iacob electi eius. **I**pse dñs deus noster. in uniuersa terra iudicia eius. **M**emor fuit in sc̃m testamenti sui. uerbi quod mandauit in mille generationes. **Q**uod disposuit ad abraham. et

iuramenti sui ad ysaac. **E**t statuit illud iacob in preceptum. et israel testamentum eternum.

Dicens tibi dabo terram chanaan. funiculum hereditatis tue. **C**um essent numero breui. paucissimi et incole eius. **E**t pertransierunt de gente ingentem. et de regno ad populum alterum.

Non reliquit hominem nocere eis. et corripuit per eos reges. **N**olite tangere christos meos. et in prophetis meis nolite malignari. **E**t uocauit famem super terram. et omne firmamentum panis attriuit. **M**isit ante eos uirum. in seruum uenundatus est ioseph. **H**umiliauerunt in pedibus pedes eius. ferrum pertransiit animam eius. donec ueniret uerbum eius.

Eloquium domini inflamauit eum. misit rex et soluit eum. princeps populo et dimisit eum.

Constituit eum dominum domus sue. et principem omnis possessionis sue. **U**t erudiret principes eius sicut semetipsum. et senes eius pru-

dentiam doceret. **E**t intrauit israel in egyptum. et iacob accolam fuit intra cham. **E**t
 auxit populum suum uehementer. et firmavit
 eum super inimicos eius. **C**onuertit cor eorum
 ut odirent populum eius. et dolum facerent in
 seruos eius. **M**isit moysen seruum suum. a
 aron quem elegit ipsum. **P**osuit in eis uer-
 ba signorum suorum. et prodigiorum in terra cham.
Misit tenebras et obscurauit. et non exacerbauit
 sermones suos. **C**onuertit aquas eorum in san-
 guinem. et occidit pisces eorum. **E**dixit terra
 eorum ranas. in penetralibus regum ipsorum. **D**ixit
 et uenit cinomia et cinifes. in omnibus finibus
 eorum. **P**osuit pluuias eorum grandinem. ignem
 oburentem in terra ipsorum. **E**t percussit uineas
 eorum et ficulneas eorum. et contriuit lignum fi-
 nium eorum. **D**ixit et uenit locusta et bru-
 cus. cuius non erat numerus. **E**t come-
 dit omne fenum in terra eorum. et comedit om-

nem fructum terre eorum. **E**t percussit omne pri-
 mogenitum interia eorum: primicias omnis laboris
 eorum. **E**t eduxit eos cum argento et auro: et
 non erat in tribubus eorum infirmus. **L**etata est
 egiptus in perfectione eorum: quia incubuit timor
 eorum super eos. **E**xpandit nubem in protectionem
 eorum: et ignem ut luceret eis per noctem. **P**etie-
 runt et venit coturnix: et pane celi satura-
 vit eos. **D**irupit petram et fluxerunt aque:
 abierunt in sicco flumina. **Q**uonia[m] memor
 fuit verbi sancti sui: quod habuit ad abraham
 puerum suum. **E**t eduxit populum suum in exul-
 tatione: et electos suos in leticia. **E**t dedit
 illis regiones gentium: et labores populo-
 rum possederunt. **U**t custodiant iustificationes eius:

A. Audite aia mea dno.



et legem eius requirant. **Ps. 136.**
 Confitemini domino quoniam bonus: quoniam
 in seculum misericordia eius. **Q**uis loquetur
 potentias domini: auditas faciat omnes laudes

eius. **B**eati qui custodiunt iudicium. et faciunt
iusticiam in omni tempe. **M**ementote nr̃i dñe
in beneplacito ppli tui. visita nos in salutari tuo.

Aduidendum in bonitate electoꝝ tuoꝝ. ad letan-
dum in leticia gentis tue. ut lauderis cum he-
reditate tua. **P**eccauimus cum patribus
nr̃is. iniuste egimus iniquitatem fecimus.

Patres nr̃i in egypto non intellerunt mira-
bilia tua. non fuerunt memores multitudi-
nis misericordie tue. **E**t irritauerunt ascenden-
tes in mare. mare rubrum. et saluauit eos p-
pter nomen suum. ut notam faceret poten-
tiam suam. **E**t incepuit mare rubrum
et exsiccatum est. et eduxit eos in abyssis sicut
in deserto. **E**t saluauit eos de manu odien-
tium. et redemit eos de manu inimici. **E**t
opuit aqua tribulantes eos. unus greis non
remansit. **E**t crediderunt in uerbis eius.
et laudauerunt laudem eius. **C**ito fece-

runt obliti sunt opum eius. non sustinuerunt
consilium eius. **E**t concupierunt concupiscenti-
am in deserto. et temptauerunt deum in in-
aquofo. **E**t dedit eis petitionem ipsorum. et
misit saturitatem in animas eorum. **E**t irrita-
uerunt moysen in castris. aaron scilicet domini.

Apta est terra et deglutiuit datan. et operuit
super aggregationem abiron. **E**t exarsit ig-
nis in sinagoga eorum. flamma obussit pecca-
tores. **E**t fecerunt vitulum in moreb. et ad-
orauerunt sculptile. **E**t mutauerunt glo-
riam suam. in similitudinem vituli comeden-
tis fenum. **O**bliti sunt deum qui salua-
uit eos. qui fecit magnalia in egipto mira-
bilia in terra cham. terribilia in mari rubro.

Et dixit ut disperderet eos. si non moyses elec-
tus eius stetisset in fractione in conspectu
eius. **U**t auerteret iram eius ne disperderet
eos. et per nichilo habuerunt terram deside-

rabilem. **N**on crediderunt uerbo eius. et
 murmurauerunt in tabernaculis suis. non ex-
 audierunt uocem dñi. **E**t eleuauit manū
 suam sup̄ eos. ut p̄sterneret eos in deserto. **E**t
 ut decideret semen eorū in nationibz. et dispergeret
 eos in regionibz. **E**t initiati sunt beelsegor.
 et comederunt sacrificia mortuorū. **E**t irrita-
 uerunt eum in aduentionibz suis. et multipli-
 cata est in eis ruina. **E**t stetit finis et pla-
 cauit. et cessauit quassatio. **E**t reputatum
 est iniusticiam. in generatione et generationē
 usq; in sempiternū. **E**t irritauerunt eum ad
 aquā contradictionis. et uexatus ē moyses p̄pt̄
 eos. quia exacerbauerunt spiritū eius. **E**t dis-
 tinxit in labiis suis. n̄ disp̄diderunt gentes q̄s
 dixit dñs illis. **E**t conuersti sunt inter gen-
 tes. et didicerunt opa eorū et seruierunt sculp-
 tilibz eorū. et factum ē illis in scandalū. **E**t
 immolauerunt filios suos. et filias suas demo-

nus. **E**t effuderunt sanguinem innocentē.
sanguinē filiorum suorum et filiarum suarum quas sa-
crificauerunt sculptilibus chanaan. **E**t int-
fecta est terra in sanguinibus. et contaminata ē
in opibus eorum. et fornicati sunt in adinuentio-
nibus suis. **E**t iratus est furore dominus in populum
suum. et abhominatus ē hereditatem suam.
Et tradidit eos in manus gentium. et dñati
sunt eorum qui oderunt eos. **E**t tribulauerunt
eos inimici eorum. et humiliati sunt sub manibus
eorum. sepe liberauit eos. **I**pse autem exacerba-
uerunt eum in consilio suo. et humiliati sunt
in iniquitatibus suis. **E**t uidit cum tribu-
larentur. et audiuit orationem eorum. **E**t me-
mor fuit testamenti sui. et penituit eum
secundum multitudinē misericordie sue. **E**t dedit eos
in misericordias. in conspectu omnium qui ceperant
eos. **S**aluos fac nos domine deus noster. et agre-
ga nos de nationibus. **U**t confiteamur no-

mini scō tuo. et gloriem̃ in laude tua. **B**e-
nedictus dñs deus israel a seculo et usq; in
seculum. et dicet omnis ppl's. fiat fiat. **Ps 100**

Confitemini domino quō bonus. quō
in sc̃lm̃ misericōdia eius. **D**icant qui
redempti sunt a domino. quos rede-

mit de manu inimici. et de regionib; aggrega-

uit eos. **A** solis ortu et occasu. ab aquilone et

mari. **E**rrauerunt in solitudine in inaquoso.

uiam ciuitatis habitaculi n̄ inuenerūt. **E**sur-

ientes et sitientes. anima eorū in ipsis defecit.

Et clamauerunt ad dñm cum tribularent. et

de necessitatib; eorū eripuit eos. **E**t deduxit

eos in uiam rectam. ut irent in ciuitatē habita-

tionis. **C**onfiteant̃ dño misericōdie eius. et mi-

rabilia eius filiis hominū. **Q**uia faciauit

animā inanem. et animā esurientē faciauit

bonis. **S**edentes in tenebris et umbra mor-

tis. uinctos in mendicitate et ferro. **Q**uia

exacerbauerunt eloquia dei. et consilium altis-
simi irritauerunt. **E**t humiliatum ē in la-
boribus eorum. et infirmati sunt nec fuit q̄
adiuuaret. **E**t clamauerunt ad dñm cum
tribularent. et de necessitatibz eorum liberauit
eos. **E**t eduxit eos de tenebris et umbra mor-
tis. et uincula eorum dirupit. **C**onfiteant̃ dño
misericordie eius. et mirabilia eius filiis hominū.
Quia attriuit portas ereas. et uectes ferreos con-
fregit. **S**uscepit eos de uia iniquitatis eorum.
propter iniusticias enim suas humiliati s̃. **O**m-
nem escam abhominata est anima eorum. et ap-
propinquauerunt usq; ad portas mortis. **E**t
clamauerunt ad dñm cum tribularent. et de
necessitatibz eorum liberauit eos. **M**isit uerbū
suum et sanauit eos. et eripuit eos de interi-
cionibz eorum. **C**onfiteant̃ dño misericordie eius. et
mirabilia eius filiis hominū. **E**t sacrifi-
cent sacrificium laudis. et annuntient opa

eius in exultatione. **Q**ui descendunt mare
 in nauibus. facientes operationem in aquis mul-
 tis. **I**psi uiderunt opera domini. et mirabilia
 eius in profundo. **D**ixit et stetit spiritus procellae. et
 exaltati sunt fluctus eius. **A**scendunt usque
 ad celos. et descendunt usque ad abyssos. anima
 eorum in malis tabescebat. **T**urbati sunt et
 moti sunt sicut ebrius. et omnis sapientia
 eorum deuorata est. **E**t clamauerunt ad dominum
 cum tribularentur. et de necessitatibus eorum edu-
 xit eos. **E**t statuit procellam eius in auram.
 et siluerunt fluctus eius. **E**t letati sunt
 quia siluerunt. et eduxit eos in portum uo-
 luntatis eorum. **C**onfiteantur domino misericordie
 eius. et mirabilia eius filijs hominum. **E**t
 exalcent eum in ecclesia plebis. et in kathedra
 seniorum laudent eum. **P**osuit flumina
 in desertum. et exitus aquarum in sitim. **T**er-
 ram fructiferam in saluginem. amantia in

habitantium in ea. **P**osuit desertū in stagna
aquarū. et terram sine aqua in exitus aquarū.

Et collocavit illic esurientes. et constituerunt
ciuitatē habitacionis. **E**t seminauerunt
agros et plantauerunt uineas. et fecerunt
fructū natiuitatis. **E**t benedixit eis et mul-
tiplicati sunt nimis. et iumenta eorū nō mi-
norauit. **E**t pauci facti sunt et uerati s.
tribulatione malorū et dolore. **E**ffusa est
otentio sup̄ principes. et errare fecit eos in i-
mio et non in uia. **E**t adiuuuit pauperem de in-
opia. et posuit sicut oues familias. **V**idebūt
recti et letabunt. et omnis iniquitas opila-
bit os suum. **Q**uis sapiens et custodiet hec.
et intelliget miserationes dñi. **Ps. 108.**

Taratum cor meum deus paratum
cor meum. cantabo et psallam in
gloria mea. **E**xurge psalteriū et
cithara. exurgam diluculo. **C**onfitebor ti

bi in plis dñe. et psallam tibi in nationibz,
Quia magna sup celos misericordia tua. et usq; ad
 nubes ueritas tua. **E**xaltare sup celos d's.
 et sup omnem terram gloria tua. ut liberent
 dilecti tui. **S**aluum fac dextera tua et ex
 audi me. deus locutus est in sancto suo. **E**x
 ultabo et diuidam sicimam. et conuallem ta
 bernaculoz dimetiar. **M**eus est galaad et
 meus est manasses. et effraim susceptio capitis
 mei. **I**uda rex meus. moab lebes spei mee. **I**n
 ydumeam extendam calciamentū meum. mi
 chi alienigene amici facti sunt. **Q**uis dedu
 cet me in ciuitatē munitam. quis deducet
 me usq; in ydumeam. **N**onne tu deus qui
 repulisti nos. et non erubis deus in uirtutibz
 nostris. **D**a nobis auxilium de tribulatio
 ne. quia uana salus hominis. **I**ndeo fa
 ciemus uirtutem. et ipse ad nichilum de
 ducet inimicos nostros. **PS**



Deus laudem meam ne tacueris.
quia os peccatoris et os dolosi su-
p me apertum est. **L**ocuti sunt ad-
uersum me lingua dolosa. et sermonibus odij
circumdederunt me. et expugnauerunt me
gratis. **P**ro eo ut me diligerent detrahe-
bant michi. ego autem orabam. **E**t posue-
runt aduersum me mala p bonis. et odium
p dilectione mea. **C**onstituere sup eum pec-
catorem. et diabolus stet adexteris ei. **C**um
iudicatur erit odempnatus. et oratio eius
fiat in peccatum. **F**iant filij eius orphani.
et uxor eius uidua. **M**utantes transferan-
tur filij eius et mendicent. et eiciantur de
habitationibus suis. **S**cruteentur fenerator
omnem substantiam eius. et diripiant a-
lieni labores eius. **N**on sit illi adiutor.
nec sit qui misereatur pupillis eius. **F**i-
ant nati eius in interitum. in generatione

Fiant dies ei pauci. et episcopatum ei accipiat alius.

una deleatur nomen eius. **I**n memoriam
redeat iniquitas patrum eius in aspectu do-
mini. et peccatum matris eius non deleatur.

Fiant contra dominum semper. et disperat de
terra memoria eorum. pro quod non est recorda-
tus facere misericordiam. **E**t persecutus est homi-
nem inopem et mendicum. et opunctum cor-
de mortificare. **E**t dilexit maledictionem
et ueniet ei. et noluit benedictionem et elonga-
bitur ab eo. **E**t induit maledictionem sicut ue-
stimentum. et intrauit sicut aqua in interio-
ra eius. et sicut oleum in ossibus eius. **F**iat
ei sicut uestimentum quo opitur. et sicut zo-
na qua semper percingitur. **H**oc opus eorum
qui detrahunt michi apud dominum. et qui
locuntur mala aduersus animam meam. **E**t tu
domine domine fac mecum propter nomen tuum.
quia suavis est misericordia tua. **L**ibera me quia
egenus et pauper ego sum. et cor meum con-

turbatum est intra me. **S**icut umbra cum
 declinat ablati sum. et excussus sum sicut
 locusta. **G**enua mea infirmata sunt a ie-
 iunio. et caro mea immutata est propter oleum.
Et ego factus sum obprobrium illis. uiderunt me
 et mouerunt capita sua. **A**diuuia me domi-
 ne deus meus. saluum me fac secundum miseri-
 cordiam tuam. **E**t scient quia manus tu-
 a hec. et tu domine fecisti eam. **M**aledicent
 illi et tu benedices. qui insurgunt in me
 confundantur. seruus autem tuus letabi-
 tur. **I**nduantur qui detrahunt michi pu-
 dore. et operiantur sicut diploide confusio-
 ne sua. **C**onfitebor domino nimis in ore
 meo. et in medio multorum laudabo eum.
Qui astitit adextreis pauperis. ut saluam
 faceret asequentibus animam meam.
Scilicet spiritus domine corda nostra mundet infusio.
 et sui ueris intima aspersione fecundet. **Ps.**

Confitebor dño nimis in ore meo. Dñe exaudi or. m. et clamor. s.
 fiat mñ. in tpe paschali. A. All' all' all' s. Surrexit dñs de.

miseria tua et ueritate tua. ne quando di-
 cant gentes ubi est d's eoz. **D**eus autē n'r
 in celo. omnia quecumq; uoluit fecit. **S**i-
 mulachra gentiū argentum et aurum. opa
 manuū hominum. **O**s habent et non lo-
 quent. oculos habent et n̄ uidebunt. **Au-**
 res habent et n̄ audient. nares habent et
 n̄ odorabunt. **M**anus habent et n̄ palpa-
 bunt. pedes habent et n̄ ambulabunt. non
 clamabunt in gutture suo. **S**imiles illis
 fiāt qui faciunt ea. et omnes qui oſidunt
 in eis. **D**omus israel ſpauit in dño. adiutor
 eoz et p'tector eoz est. **D**omus aaron ſpe-
 rauit in domino. adiutor eoz et p'tector eoz ē.
Qui timent dñm ſpauerunt in dño. adiutor
 eoz et p'tector eoz est. **D**ñs memor fuit
 n'rī. et benedixit nobis. **B**enedixit domui
 iſrl'. benedixit domui aaron. **B**enedixit
 omnibz qui timent dñm. pusillis cū maioribz.

Adiciat dñs sup uos. sup uos et sup filios ur̃os.
Benedicti uos dñō. qui fecit celum et terram.
Celum celi dñō. terram autē dedit filiis hominū.
Non mortui laudabunt dñē. neq; omnes qui
descendunt in infernū. **S**ed nos qui uiui-
mus benedicimus dñō. ex hoc nūc et usq; in sc̃lm.

Duxi quoniam exau- **P** **D** **D**
diat dñs. uocem orationis mee.
Quia inclinauit autem suā michi.
et in dieb; meis inuocabo. **C**ircumdederūt
me dolores mortis. ^{et} picula inferni inuenerūt
me. **T**ribulationē et dolorem inueni. et no-
men dñi inuocaui. **O** dñe libera animā me-
am. misericors dñs et iustus. et d's n'r miseret.
Custodiens paruulos dñs. humiliatus sum et
liberauit me. **C**onuertere anima mea in rē-
m tuam. quia dñs benefecit tibi. **Q**uia e-
tipuit animā meā de morte. oculos meos alac̃mis.
pedes meos alapsu. **P**lacebo dñō. in regione uiuor̃.



credidi propter quod locutus **PS**

sum. ego autem humiliatus sum nimis. **E**go dixi in excessu meo. omnis

homo mendax. **Q**uid retribuam domino. pomni-
bus que retribuit michi. **C**alicem salutaris ac-
cipiam. et nomen domini inuocabo. **V**ota mea

domino rectam coram omni populo eius. preciosa in
ospectu domini mors sanctorum eius. **O** domine quia

ego seruus tuus. ego seruus tuus et filius an-
cille tue. **D**irupisti uincula mea. tibi sacrifi-
cabo hostiam laudis. et nomen domini inuocabo.

Vota mea domino rectam in ospectu omnis populi
eius. in atriis domus domini in medio tui ierusalem.

audate dominum omnes gentes. **PS**

laudate eum omnes populi. **Q**uoniam confirmata est
super nos misericordia eius. et ueritas domini manet in-



confitemini **PS** eternum.

in domino quoniam bonus. quoniam in seculum

misericordia eius. **D**icat nunc israel

quō bonus. quoniā in sc̄lm̄ misericōdia eius. **D**i-
cat nunc domus aaron. quō in sc̄lm̄ misericōdia ei.

Dicant nunc qui timent dñm. quō in sc̄lm̄ mīa
eius. **T**ribulatione inuocaui dñm. et graui-
diuit me in latitudine dñs. **D**ominus michi
adiutor. n̄ timebo qđ faciat michi homo.

Dominus m̄ adiutor. et ego despiciam inimicos
meos. **B**onum ē cōfidere in dño. quā cōfidere

in homine. **B**onum est sperare in domino. qm̄
sperare in principibz. **O**mnes gentes circue-
rent me. et in nomine dñi quia ultus sum in eos.

Circumdantes circumdederunt me. et in nomi-
ne dñi quia ultus sum in eos. **C**ircūdederūt
me sicut apes. et exarserūt sicut ignis in spinis. in no-
mine dñi q̄a ult⁹ sū in eo. **I**mpulsus eversus

sum ut caderem. et dñs suscepit me. **F**orti-
tudo mea et laus mea dñs. et factus est m̄
in salutem. **G**loria exultationis et salutis.

Gloria exultationis et salutis.
in tabernaculis iustoz. **D**extera dñi fecit

uirtutem. **D**extera dñi exaltauit me. dextera do-
 mini fecit uirtutē. **N**on moriar sed uiuam.
 et narrabo opa dñi. **C**astigans castigauit me
 dñs. et morti non tradidit me. **A**perte michi
 portas iusticie. et ingressus in eas confitebor dño.
 hec porta dñi iusti intrabunt in eam. **C**onfi-
 tebor tibi quō exaudisti me. et factus es mī
 in salutem. **L**apidem quē reprobauerunt edi-
 ficantes. hic factus est in caput anguli. **A**d o-
 mino factū est istud. et est mirabile in oculis
 nr̄is. **H**ec est dies quā fecit dñs. exultemus et
 letemur in ea. **O**dñe saluum me fac odñe bene-
 pspice. benedictus qui uenit n̄s es in nomine
 dñi. **B**enediximus uobis de domo dñi. deus
 dñs et illuxit nobis. **C**onstituente diem sol-
 lem nem in adensis. usq; ad cœnu altari. **D**e-
 us meus es tu et confitebor tibi. deus meus es
 tu et exaltabo te. **C**onfitebor tibi quō ex-
 audisti me. et factus es michi in salutem,

Confitemini dño qño bonus. quoniam in se-
culum misericordia eius. **Ps 100**

Beati immaculati in uia. qui am-
bulant in lege dñi. **B**eati qui
scrutantur testimonia eius. in to-
to corde exquirunt eum. **N**on enim qui
operantur iniquitatem. in uis eius ambulauerunt.

Tu mandasti mandata tua. custodire nimis.

Vtinam dirigantur uie mee. ad custodiendas
iustificationes tuas. **T**unc non confundar. cum prosperabo
in omnibus mandatis tuis.

Confitebor ti-
bi in directione cordis. in eo quod didici iu-
dicia iusticie tue. **I**ustificationes tuas cu-
stodiam. non me derelinquas usque quaque.

Ad quo corrigit adolescentior uiam suam. in custodiendo sermones tuos. **Ps 100**

In toto corde meo exquisiui te. ne repellas
me a mandatis tuis. **I**n corde meo abscon-
di eloquia tua. ut non peccem tibi. **B**e

nedictus es dñe. doce me iustificationes tuas.

In labijs meis. pñuntiaui omnia iudicia oris
tui. **I**n uia testimonioꝝ tuoꝝ delectatus
sum. sicut in omnibꝫ diuicijs. **I**n mandatis
tuis exercebor. et cōsiderabo uias tuas. **I**n

Ri iustificationibꝫ tuis meditabor. non obli
uiscar sermones tuos. **Ps** ~~119~~
retribue seruo tuo uiuifica me. et
custodiam sermones tuos. **R**eue
la oculos meos. et cōsiderabo mirabilia dele
ge tua. **I**ncola ego sum in terra. non abscon
das a me mandata tua. **C**oncupiuit ani
ma mea desiderare iustificationes tuas. in
omni tempe. **I**ncrepassi supbos. maledicti
qui declinant a mandatis tuis. **A**ufer a me
obprobrium et cōtemptum. quia testimonia
tua exquisiui. **E**t enim sederunt principes.
et aduersum me loquebantꝫ. seruus autem
tuus exercebatꝫ iniustificationibꝫ tuis. **R**am

et testimonia tua meditatio mea ē. et cō-
siliū meū iustificationes tue.

Adhesit pavimento anima mea. ui-
uifica me scdm uerbū tuū. **V**ias
meas enuntiaui et gaudisti me.
doce me iustificationes tuas. **V**iam iusti-
ficationū tuarū instrue me. et exercebor
in mirabilibz tuis. **D**ormitauit anima
mea p̄tedio. cōfirma me in uerbis tuis. **U**i-
am iniquitatis amoue me. et delege tua mi-
serere mei. **V**iam ueritatis elegi. iudicia tu-
a n̄ sum oblitus. **A**dhesi testimonijs tuis
domine. noli me cōfundere. **V**iam manda-
torū tuorū cucurri. cū dilatasti cor meum.
Legem pone michi dñe uiam.

Ps. 119.
iustificationū tuarū. et exquiram eā semp.
Da michi intellectum et scrutabor legē tuā.
et custodiam illam intoto corde meo. **D**e-
duc me in semita mandatorū tuorū. quia

ipsam uolui. **I**nclina cor meum in testimonia
tua. et non in auariciam. **A**uerte oculos meos
ne uideant uanitatem. in uia tua uiuifica
me. **S**tatue seruo tuo eloquium tuum. in ti-
more tuo. **A**mputa obprobrium meum quod
suspiciatus sum. quia iudicia tua iocunda.
Ecce occupavi mandata tua. in equitate tua
et ueniat. **Ps. 119.** **Q**ui uifica me.
sup me misericordia tua domine. salu-
tare tuum secundum eloquium tuum.
Et respondebo exprobrantibus michi uerbum. quia
spavi in sermonibus tuis. **E**t ne auferas de
ore meo uerbum ueritatis usquequaque. quia in
iudiciis tuis super spavi. **E**t custodiam legem
tuam semper. in seculum et in seculum seculi. **E**t am-
bulabam in latitudine. quia mandata tua.
exquisiui. **E**t loquebar in testimoniis tu-
is in conspectu regum. et non confundebam. **E**t
meditabar in mandatis tuis. que dilexi.

Et leuaui manus meas ad mandata tua que
dilexi. et exercebor in iustificationibus tuis. **P**

Memor esto uerbi tui seruo tuo. in quo
michi spem dedisti. **H**ec me desola-
ta est in humilitate mea. quia elo-
quium tuum uiuificauit me. **S**upbi inique
agebant usquequaque. a lege autem tua non
declinaui. **M**emor fui iudiciorum tuorum a scolo
domine. et consolatus sum. **D**efectio tenuit me.
peccatoribus derelinentibus legem tuam.

Cantabiles michi erant iustificationes tue. in
loco peregrinationis mee. **M**emor fui nocte
nominis tui domine. et custodiui legem tuam.

Hec facta est michi. quia iustificationes tuas exquisiui.
Portio mea. dixi custodire le- **Ps. 119.**
gem tuam. **D**eprecatus sum faciem
tua in toto corde meo. miserere mei secundum elo-
quium tuum. **C**ogitauui uias meas. et conuer-
ti pedes meos in testimonia tua. **P**aratus

sum et non sum turbatus. ut custodiā man-
data tua. **E**unes peccatorū circumplexi s̄
me. et legem tuam non sum oblitus. **M**edia
nocte surgebam ad asitendum tibi. sup iudi-
cia iustificationis tue. **P**articeps ego sum
omniū timentium te. et custodientū man-
data tua. **M**isericordia tua dñe plena ē
terra. iustificationes tuas doce me. **P**

Bonitatem fecisti cum seruo tuo do-
mine. scdm uerbum tuum. **B**oni-
tatem et disciplinam et scientiam
doce me. quia mandatis tuis credidi. **P**ri-
usquam humiliarer ego deliqui. ppter ea
eloquiū tuum custodiui. **B**onus es tu!
et in bonitate tua doce me iustificationes
Multiplicata est sup me iniquitas supborū!
ego autem intoto corde ^{meo} scrutabor manda-
ta tua. **C**oagulatum est sicut lac cor eorū!
ego uerbū legem tuam meditatus sū. **B**o

num michi quia humiliasti me: ut discam
iustificationes tuas. **B**onum michi lex
oris tui: sup milia auri et argenti. **D**

Manus tue fecerunt me et plasmaue-
runt me: da michi intellectum ut dis-
cam mandata tua. **Q**ui timent te uide-
bunt me et letabunt: quia in uerba tua
sup speraui. **C**ognoui dñe quia equitas
iudicia tua: et in ueritate tua humiliasti
me. **F**iat misericordia tua ut consoletur
me: scdm eloquium tuum seruo tuo. **Ue-**
niant michi miserationes tue et uiuā: quia
lex tua meditacio mea est. **C**onfundant
supbi quia iniuste iniquitatem fecerunt
in me: ego autem exercebor in mandatis tu-
is. **C**onuertantur michi timentes te:
et qui nouerunt testimonia tua. **F**i-
at cor meum immaculatum iniustificati-
onibz tuis: ut non confundar. **Ps** **100**

Defecit in salutare tuum anima mea.
 et in uerbum tuum super speravi.
Defecerunt oculi mei in eloquium
 tuum. dicentes quando consolaberis me. **Q**uā
 factus sum sicut uiter in pruna. iustificati
 ones tuas non sum oblitus. **Q**uot sunt
 dies serui tui. quando facies de persequentibus
 me iudicium. **N**arrauerunt michi iniqui
 fabulationes. sed non ut lex tua. **O**mnia
 mandata tua ueritas. iniqui persecuti sunt
 me adiuua me. **P**aulominus consummauerunt
 me in terra. ego autem non dereliqui man
 data tua. **S**ecundum misericordiam tuam uiuifi
 ca me. et custodiam testimonia oris tui. **D.**
 eternum domine. uerbum tuum permanet in ce
 lo. **I**n generationem et generationem ueritas
 tua. fundasti terram et permanet. **O**rdina
 tione tua perseverant dies. quoniam omnia
 seruiunt tibi. **N**isi quod lex tua medi

tacio mea est. tunc forte possem inhumilita-
te mea. **I**n eternum non obliuiscar iusti-
ficationes tuas. quia in ipsis uiuificasti me.
Guus sum ego saluum me fac. quoniam iustifica-
tiones tuas exquisiui. **M**e expectauerunt
peccatores ut perderent me. testimonia tua
intellexi. **O**mnis consummationis uidi fi-
nem. latum mandatum tuum nimis. **Ps. 119.**

Quomodo dilexi legem tuam domine.
tota die meditacio mea est. **S**uper
inimicos meos prudentem me fe-
cisti mandato tuo. quia in eternum in est.
Super omnes docentes me intellexi. quia te-
stimonia tua meditacio mea est. **S**uper se-
nes intellexi. quia mandata tua quesui.
Abonni uia mala prohibui pedes meos. ut
custodiam uerba tua. **A** iudiciis tuis non
declinaui. quia tu legem posuisti michi.
Quam dulcia faucibus meis eloquia tua.

Lup mel ori meo. **A**mandatis tuis in-
 telleri. propterea odiui omnem uiam iniquitatis.
 Lucerna pedibus meis uerbum **Ps**
 tuum. et lumen semitis meis. **I**uravi et
 statui. custodire iudicia iusticie tue. **H**u-
 miliatus sum usque quaque domine. uiuifica
 me secundum uerbum tuum. **V**oluntaria o-
 ris mei beneplacita fac domine. et iudicia
 tua doce me. **A**nima mea in manibus
 meis semper. et legem tuam non sum obli-
 tus. **P**osuerunt peccatores laqueum mihi.
 et de mandatis tuis non erravi. **H**eredi-
 tate acquisiui testimonia tua in eternum.
 quia exultatio cordis mei sunt. **I**nclinaui
 cor meum ad faciendas iustificationes tuas
 in eternum. propter retributionem. **Ps**
 siquos odio habui. et legem tuam dilexi.
Adiutor et susceptor meus es tu. et in
 uerbum tuum super speravi. **D**ecline

ame maligni. et scrutabor mandata dei mei.
Suscipe me scdm eloquium tuum et uiuam.
et non confundas^{me} ab expectatione mea. **A**d
iua me et saluus ero. et meditabor in ius-
tificationib; tuis semp. **S** preuisti omnes
discedentes a iusticijs tuis. quia iniusta co-
gitacio eor. **P**reuaricantes reputaui om-
nes peccatores terre. ideo dilexi testimonia
tua. **C**onfige timore tuo carnes meas.
a iudicijs enim tuis timui. **Ps 100**

Teci iudicium et iusticiam. non tra-
das me calumpniantib; me. **S**usci-
pe seruum tuum in bonu. non calumpni-
ent me supbi. **O**culi mei defecerunt in
salutare tuum. et in eloquiũ iusticie tue
Fac cum seruo tuo scdm misericordiam tuam.
et iustificationes tuas doce me. **S**eruus
tuus sum ego. da michi intellectum ut
sciam testimonia tua. **T**empus facien-

di dñe. dissipauerunt legem tuam. **I**deo
dilexi mandata tua. sup aurum et topazi
on. **P**ropterea ad omnia mandata tua
dirigebar. omnem uiam iniquam odio ha

Mirabilia testimo **Ps. D.** **S**ubi,
nia tua. ideo scrutata est ea ani
ma mea. **D**eclaratio sermonū
tuorū illuminat. et intellectum dat par
uulis. **O**s meum aperui et attraxi spm.
quia mandata tua desiderabam. **A**spice
in me et miserere mei. scdm iudicium dili
gentiū nomen tuum. **G**ressus meos diri
ge scdm eloquiū tuum. et non dominet
mei omnis iniusticia. **R**edime me a calum
pnijs hominū. ut custodiam mandata tua.
Faciem tuam illumina sup seruum tuum.
et doce me iustificationes tuas. **E**xi
tus aquarum deduxerunt oculi mei.
quia non custodierunt legem tuam, **D**

Iustus es domine. et rectum iudicium tuum.
Mandasti iusticiam testimonia tua. et ue-
ritatem tuam nimis. **T**abescere me fecit
zelus meus. quia obliti sunt uerba tua in-
imici mei. **I**gnitum eloquium tuum ue-
hement. et seruus tuus dilexit illud. **A**d-
olescentulus sum ego et contemptus. iustifi-
cationes tuas non sum oblitus. **I**usticia
tua iusticia in eternum. et lex tua ueritas.
tribulatio et angustia inuenerunt me. man-
data tua meditatio mea est. **E**quitas te-
stimonia tua in eternum. intellectum da mihi et
clamaui in **Ps. 111. 1. 2.** **G**loriam.
toto corde gaude me domine. iustifi-
cationes tuas requiram. **C**lama-
ui ad te et saluum me fac. ut custodiam
mandata tua. **P**reueni in maturitate
et clamaui. quia in uerba tua super spera-
ui. **P**reueniunt oculi mei ad te dilucu-

lo. ut meditarer eloquia tua. **V**ocem meam
audi secundum misericordiam tuam domine. et secundum iu-
dicium tuum uiuifica me. **A**ppropinqua-
uerunt persequentes me iniquitati. a lege au-
tem tua longe facti sunt. **P**rope est in do-
mine. et omnes uie tue ueritas. **I**n initio co-

Vidui de testimoniis tuis. quia in eternum
Vide humilitatem meam et eripe me. quia legem
tuam non sum oblitus. **I**udica iudicium
meum et redime me. propter eloquium tuum
uiuifica me. **L**onge a peccatoribus salus.
quia iustificationes tuae non exquisierunt.
Osculae tue multe domine. secundum iudicium tuum
uiuifica me. **M**ulti qui persequuntur me et tri-
bulant me. a testimoniis tuis non declina-
ui. **V**idi peruariantes et tabescebam. quia
eloquia tua non custodierunt. **V**ide quomodo
mandata tua dilexi domine. in misericordia tua

uiuifica me. **P**rincipium uerborum tuorum ue-

ritas. in eternum omnia iudicia iusticie tue.

Dincipes persecuti sunt me gratis. et a uerbis tuis formida-
uit cor meum. **L**etabor ego super
eloquia tua. sicut qui inuenit spolia multa.
Iniquitatem odio habui et abhominatus
sum. legem autem tuam dilexi. **S**epties in
die laudem dixi tibi. super iudicia iusticie tue.
Pax multa diligentibus legem tuam. et non
est illis scandalum. **E**xpectabam salutare
tuum domine. et mandata tua dilexi. **C**usto-
diuit anima mea testimonia tua. et dile-
xit ea uehementer. **S**eruauit mandata tu-
a et testimonia tua. quia omnes uie mee
in conspectu tuo. **P**s. **A**ppropinquet deprecatio mea in con-
spectu tuo domine. iuxta eloquium tuum da
michi intellectum. **I**ntret postulatio

mea in oſpectu tuo. ſcđm eloquiũ tuum
 eripe me. **E**ruſtabunt labia mea ymnũ!
 cum docueris me iuſtificationes tuas. **P**ro
 nuntiabit lingua mea eloquiũ tuum. quia
 omnia mandata tua equitas. **F**iat ma
 nus tua ut ſaluet me. quũ mandata tua
 elegi. **C**oncupiui ſalutare tuum dñe. et
 lex tua meditacio mea eſt. **V**iuſet anima
 mea et laudabit te. et iudicia tua adiuua
 bunt me. **E**rraui ſicut ouis que p̄it. que
 re ſeruũ tuũ ^{dñe} quia mandata tua ñ ſũ oblitus.

Ad dominum cum ~~ps d d~~
 tribularet clamau. et exaudiuit
 me. **D**ñe libera animã meam a
 labijs iniquis. et a lingua dolosa. **Q**uid de
 tur tibi aut quid apponat tibi. ad linguam
 dolosa. **S**agitte potentis acute. cum car
 bonibz deſolatorijs. **H**eu michi quia inco
 latus meus plongatus eſt. habitau cum

L habitantibz cedar. multum incola fuit ani-
ma mea. **C**um hijs qui oderunt pacem etiā
pacificus. cū loquebar illis impugnabant me
euam oculos **Ps** **o o** **I**gratis.
meos in montes. unde ueniet auxilium mī!

Auxilium meum ad domino. qui fecit celū et
terram. **N**on det in amotionem pedem tu-

um. neq; dormitet qui custodit te. **E**cce nō
dormitabit neq; dormiet. qui custodit isrl.

Dñs custodit te dñs p̄tectio tua super ma-
num dexteram tuam. **P**er diem sol non u-

ret te. neq; luna p̄noctem. **D**ñs custodit
te ab omni malo. custodiat animam tuam

dñs. **D**ominus custodiat introitū tuum
et exitum tuū. ex hoc nunc et usq; in sc̄m.

L etatus sum in **Ps** **o o**
hijs que dicta sunt michi. in domū
dñi ibimus. **S**tantes erant pedes
nostri. in atrijs tuis ierusalem. **I**erusalem

que edificat^r ut ciuitas. cuius participatio
eius in idipsum. **I**lluc enim ascenderunt

tribus tribus domini testimoniū isrl. adofi-
tendum nomini dñi. **Q**uia illic sederunt

sedes in iudicio. sedes sup domum dauid. **R**o-

gate que ad pacem sunt ierlm. et habundan-

tia diligentibz te. **F**iat pax in uirtute tua!

et habundantia in turribus tuis. **P**ropt̃

fratres meos et primos meos. loquebar pacē

de te. **P**ropt̃ domum domini dei nostri!

quesiui bona tibi. **ps. 124.**

Ad te leuaui oculos meos. qui habi-

tas in celis. **E**cce sicut oculi ser-

uoz. in manibz dñoz suorū. **S**icut oculi

ancille in manibz dñe sue. ita oculi nr̃i ad

dñm deum nr̃m donec misereatur nostri.

Miserere nr̃i domine miserere nr̃i. quia multū

repleti sumus despectione. **Q**uia multum

repleta est anima nr̃a. obprobrium habundan-

tibus et despectio superbis. **PS D D**
Nisi quia dñs erat in nobis dicat
nunc isrl. nisi quia dñs erat in no-
bis. **C**um erurgerent homines
innos. forte uiuos deglutissent nos. **C**um

irasceret furor eorū in nos. forsitan aqua ob-
sorbuisset nos. **T**orrentem p̄transiuit a-

nima nr̄a. forsitan p̄transisset anima nr̄a.
aquam intolerabilem. **B**enedictus dñs!

qui non dedit nos in captionem dentibz eorū.

Anima nr̄a sicut passer erepta est de laqueo
uenantium. laqueus stritus ē et nos libe-

rati sumus. **A**diutoriū nr̄m in nomine
dñi. qui fecit celum et terram. **PS D D**

Qui confidunt in dño sicut mons
syon. non amouebit in eternum
qui habitat in ierlm. **M**ontes

in circuitu eius. et dñs in circuitu ppli sui.
ex hoc nunc et usq; in sc̄lm. **Q**uia non re-

dñs

linquet uirgam peccatorum sup sortem iustorum!
ut non extendant iusti ad iniquitatem ma-
nus suas. **B**ene fac dñe. bonus et rectis

corde. **D**eclinantes autem in obligationes
adducet dñs cum operantibus iniquitatem. par

et conuertendo **Ps 124** sup israel.

dominus captiuitatem syon. facti sumus

sicut consolati. **N**unc repletum est gaudio

os nr̃m. et lingua nr̃a exultatione. **N**unc

dicent inter gentes. magnificauit dñs face-

re cum eis. **M**agnificauit dñs facere no-

biscum. facti sumus letantes. **C**onuertere dñe

captiuitatem nr̃am. sicut torrens in austro.

ui seminant in lacrimis. in exultatione me-

tent. **E**untes ibant et flebant. mittentes

semina sua. **V**enientes autem uenient

cū exultatione. portantes manipu-

los suos. **Ps 124** **G**loria sua.

nus edificauerit domum. in uanū

laborauerunt qui edificauit eam. **N**isi dñs
custodierit ciuitatem! frustra uigilat qui cu-
stodit eam. **V**anum est uobis ante lucem
surgere! surgite postquam sederitis qui man-
ducatis panem doloris. **C**um dederit di-
lectis suis sompnũ! ecce hereditas dñi! filij
merces fructus uentris. **S**icut sagitte inma-
nu potentis! ita filij excussor. **B**eatus uir
qui implet desiderium suum exipsis! non
confundet̃ cum loquet̃ inimicis suis inpor-

Beati omnes **Ps. 128** **I**ta,
qui timent dñm! qui ambulant
inuijs eius. **L**abores manuum tu-
arum quia manducabis! beatus es et bene ti-
bi erit. **V**xor tua sicut uitis habundans!
in lateribus domus tue. **F**ilij tui sicut no-
uella oliuarum! in circuitu mense tue. **E**cce
sic benedicet̃ homo! qui timet dñm. **B**e-
nedicat tibi dñs ex syon! et uideas bona

ierlm omnibz diebz uite tue. **E**t uideas fi-
lios filioz tuoz! pacem sup isrl. **Ps. 100**

Sepe expugnauerunt me a iuuen-
tute mea! dicat nunc isrl. **S**epe
expugnauerunt me a iuuentute
mea. etenim non potuerunt michi. **S**upra
dorsum meū fabricauerunt peccatores. plon-
gauerunt iniquitatem suam. **D**ominus
iustus occidet ceruices peccatoz! confundant
et ouertant retrorsum omnes qui oderūt
syon. **F**iant sicut fenum tectoꝝ! quod
prius quā euellat exaruit. **N**e quo non
impleuit manum suam qui metet! et sinū
suum qui manipulos colliget. **E**t non di-
xerunt qui p̄teribant benedictio domi-
ni sup uos! benediximus uobis in nomine

Depfundis cla **Ps. 100** **G**dn̄i.
maui ad te dñe! domine exaudi
uocem meam. **F**iant autē

tue intendentes. inuocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris dñe. dñe quis
sustinebit. **Q**uia apud te propiciatio est. et
propter legem tuam sustinui te dñe. **S**u-
stinuit anima mea in uerbo eius. sperauit
anima mea in dño. **A**c custodia matutina
usque ad noctem. speret israel in dño. **Q**uia
apud dñm misericordia. et copiosa apud eum re-
demptio. **E**t ipse redimet israel. ex omnibus



iniquitatibus eius. **Ps. 138.**
Domine non est exaltatum cor me-
um. neque elati sunt oculi mei. **N**e-
que ambulauim in magnis. neque in mirabilibus
super me. **S**i non humiliatus es. sed
exaltaui animam meam. **S**icut ablatus
super matrem suam. ita retributio in anima
mea. **S**peret israel in domino. ex hoc
nunc et usque in seculum. **Ps. 138.**

Aue maria gratia plena. dominus tecum.

Memento dñe dauid. et omnis man-
 suetudinis eius. **S**icut iurauit
 dño. uotum uouit deo iacob. **S**i
 introiero intabernaculū domus mee. si ascē-
 dero in lectum strati mei. **S**i dederō sompnū
 oculis meis. et palpebris meis dormitatio-
 nem. **E**t requiem tempibz meis donec in-
 ueniam locum dño. tabernaculū deo iacob.
Ecce audiuiamus eam ineffrata. inuenimus eā
 incampis silue. **I**ntroibimus intabernacu-
 lum eius. adorabimus in loco ubi steterunt
 pedes eius. **S**urge dñe in requiem tuam.
 tu et archa sanctificationis tue. **S**acer-
 dotes tui induant iusticia. et sancti tui
 exultent. **P**ropter dauid seruum tuum.
 non auertas faciem xpī tui. **I**urauit dñs
 dauid ueritatem et non frustrabit eum.
 de fructu uentris tui ponam sup sedem
 tuam. **S**i custodierint filij tui testamē-

tum meum. et testimonia mea hec que do-
cebo eos. **E**t filij eorū usq; in seculum. se-

debunt sup sedem tuam. **Q**uoniam ele-
git dñs syon. elegit eam in habitationem

sibi. **H**ec requies mea in seculū seculi. hic ha-
bitabo quō elegi eam. **V**iduam eius benedi-

Bens benedicam. paupes eius saturabo panibz.

Sacerdotes eius induam salutari. et sancti
eius exultatione exultabunt. **I**lluc pducā

cornu dauid. paravi lucernam xpō meo. **I**n


inimicos eius induam ofusione. sup ipsum
autem efflorescit sanctificatio mea. **Ps**

Gloria quam bonum et quam
iocundum. habitare fratres in unū.


Sicut unguentum in capite. quod
descendit in barbam barbam aaron. **Q**uod

descendit in horam uestimenti eius. sicut
ros hermon qui descendit in montē syon

Quō illic mandauit dñs benedictionem.

et vitam. usq; in seculum. **Ps.** 

Ante nunc benedicite dño. omnes serui
dñi. **Q**ui statis in domo dñi. in
matris domus dei nr̃i. **I**n noctibus

extollite manus ur̃as in sancta. et benedi-
cite dño. **B**enedicat te dominus ex syon.
qui fecit celum et terram. **Ps.** 

Laudate nomen dñi. laudate ser-
ui dñm. **Q**ui statis in domo do-
mini. in matris domus dei nostri.

Laudate dñm quia bonus dñs. psallite
nomini eius qũo suaue. **Q**ũo iacob ele-
git sibi dñs. isrl' in possessione sibi. **Q**uia
ego cognoui quod magnus est dñs. et d's
nr̃ p̃ omnib; diis. **O**mnia quecumq; vo-
luit dñs fecit in celo et in terra. in mari et
in omnib; abyssis. **E**ducens nubes ab ex-
tremo terre. fulgura in pluuiã fecit. **Q**ui
p̃ducit uentos de thesauris suis. qui p̃

cussit primogenita egipti. ab homine usque ad
pecus. **E**misit signa et prodigia in medio
tui egipte. in pharaonem et in omnes seruos eius.
Qui percussit gentes multas. et occidit reges
fortes. **S**eon regem amorreorum. et hoc regem
basan. et omnia regna chanaan. **E**t de-
dit terram eorum hereditatem. hereditatem israel
populo suo. **D**omine nomen tuum in eternum.
domine memoriale tuum in generationem et gene-
rationem. **Q**uia iudicabit dominus populum suum.
et in seruis suis deprecabitur. **S**imulachra
gentium argentum et aurum. opera manu-
um hominum. **O**s habent et non loquentur.
oculos habent et non uidebunt. **A**ures
habent et non audient. neque enim est spiritus in ore
ipsorum. **S**imiles illis fiant qui faciunt ea.
et omnes qui confidunt in eis. **D**omus israel
benedicite domino. domus aaron benedicite domino.
Domus leui benedicite domino. qui timetis do-

minum benedicite dño. **B**enedictus dñs
 ex syon. cui habitat in ierlm. **ps. D. D.**



Confitemini dño quō bonus. quō
 in eternum miseria eius. **C**onfi
 temini deo deor. quō. **C**onfite
 mini dño dñor. quō. **Q**ui facit mirabilia
 magna solus. quō. **Q**ui facit celos in intellec
 tu. quō. **Q**ui firmavit terram sup aq̄s. quō.
Qui fecit luminaria magna. quō. **S**olem in po
 testatem diei. quō. **L**unam et stellas in po
 testatem noctis. quō. **Q**ui percussit egyptum
 cū primogenitis eor. quō. **Q**ui eduxit isrl'
 de medio eor. quō. **I**n manu potenti et bra
 chio excelso. quō. **Q**ui diuisit mare rubrum
 in diuisiones. quō. **E**t eduxit isrl' p̄ medium
 eius. quō. **E**t percussit pharaonē et uirtutē
 eius in mari rubro. quō. **Q**ui traduxit pplm
 suum p̄ desertū. quō. **Q**ui percussit reges mag
 nos. quō. **E**t occidit reges fortes. quō. **S**e

on regem amorreorum. quō. **E**t og regē basan.
quō. **E**t dedit terram eorum hereditatem. quō.
Hereditatem israel seruo suo. quō.

Quia inhumilitate nostra memor fuit nostri. quō. **E**t redemit nos ab inimicis nostris. quō. **Q**ui dat escam omni carni. quō. **C**onfitemini deo celi. quō. **C**onfitemini domino dominorum. quoniam

Super flumina babilonis illic sedimus et fleuimus. dum recordaremur sion.

In salicibus in medio eius. suspendimus organa nostra. **Q**uia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos. uerba cantionum.

Et qui abduxerunt nos. ymnium cantate nobis de canticis sion. **Q**uomodo cantabimus canticum domini. in terra aliena. **S**i oblitus fuero tui ierusalem. obliuioni dederit dextera mea. **A**dhereat lingua mea faucibus meis. si non meminero tui. **S**i non pro-

fuero ierlm. in principio leticie mee. **M**emor

esto dñe filioꝝ edom. in die ierlm. **Q**ui dicūt

exinanite. exinanite usq; ad fundamentum

mea. **F**ilia babilonis misera. beatus qui re-

tribuet tibi retributionē tuam quam retri-

buiſti nobis. **B**eatus qui tenebit. et alli-

Adet paruulos suos ad petram. **Ps**

onfitebor tibi dñe in toto cor

de meo. qñ audisti uerba oris mei.

In aspectu angeloz psallam tibi. adorabo ad-

templum sanctū tuum et confitebor nomini tuo.

Sup miseria tua et ueritate tua. qñ mag-

nificasti sup omne nomen sanctum tuum.

In quacumq; die inuocauero te exaudi me!

multiplicabis in anima mea uirtutē. **C**on-

fiteant tibi dñe omnes reges terre. quia au-

dierunt omnia uerba oris tui. **E**t cantēt

inuis domini. qñ magna est gloria dñi.

Qñ excelsus dñs et humilia respicit. et alta

alonge cognoscat. **S**i ambulauero in medio
tribulationis uiuificabis me. et sup iram
inimicorū meorū extendisti manum tuam
et saluum me fecit dextera tua. **D**ñs re-
tribuet p̄ me. domine misericordia tua in sc̄m
opa manuum tuarū ne despicias. **Ps.**

Domine p̄basi me et cognouisti
me. tu cognouisti sessionem meā
et resurrectionē meam. **I**ntelleri-
sti cogitationes meas de longe. semitam meā
et funiculū meum inuestigasti. **E**t omnes
uias meas p̄uidisti. quia non est sermo
in lingua mea. **E**cce dñe tu cognouisti om-
nia nouissima et antiqua. tu formasti me
et posuisti sup me manū tuam. **M**irabi-
lis facta est scientia tua ex me. confortata ē
et non poterō ad eam. **Q**uo ibo asp̄u tuo.
et quo a facie tua fugiam. **S**i ascendero
in celum tu illic es. si descendero ad infer-

num ades. **S**i sumplerō pennas meas dilu-
 culo. et habitauerō in extremis maris. **E**t
 enim illuc manus tua deducet me. et tene-
 bit me dextera tua. **E**t dixi. forsitan tene-
 bre oculcabūt me. et nox illuminatio mea
 in deliciis meis. **Q**uia tenebre non obscu-
 rabuntur atē et nox sicut dies illuminabitur.
 sicut tenebre eius ita et lumen eius. **Q**uia
 tu possedisti renes meos. suscepisti me de utero
 matris mee. **C**onfitebor tibi quia terribi-
 liter magnificatus es. mirabilia opa tua et
 anima mea cognosceret nimis. **N**on est oc-
 cultatum os meum atē quod fecisti in ocul-
 to. et substantia mea ī inferioribz terre. **I**mp-
 fectum meum uiderunt oculi tui. et in libro
 tuo omnes scribebūt. dies formabuntur et ne-
 mo in eis. **V**idehi autem nimis honorificati
 sunt amici tui deus. nimis confortatus est p̄n-
 cipatus eorū. **D**enumerabo eos et sup̄ hā

renam multiplicabunt. exurrexi et adhuc
sum tecum. **S**i occideris deus peccatores.
uiri sanguinum declinate a me.

Quia dici
tis incogitatione. accipiant inuauitate ci
uitates suas.

Donne qui oderunt te dñe
oderam. et sup inimicos tuos tabescebam.

Perfecto odio oderam illos. inimici facti sunt
michi.

Proba me deus et scito cor meum.
interroga me et cognosce semitas meas.

Et uide si uia iniquitatis in me est. et de
duc me in uia eterna.



Eripe me dñe ab homine malo. a
uiro iniquo eripe me.

Qui co
gitaauerunt iniquitates in corde. tota die
constituebant p̃lia.

Acuerunt linguam.
suam sicut serpentes. uenenum aspidum
sub labijs eoz.

Custodi me dñe de manu
peccatoris. et ab hominibz iniquis eripe me.

Qui cogitaauerunt supplantare gressus meos.



OD FITEBOR. Santic ysaie.

tibi domine quoniam iratus es
michi. conuersus est furor tuus
et consolatus es me. **E**cce deus

saluator meus. fiducialiter agam. et non ti-
mebo. **Q**uia fortitudo mea et laus mea do-

minus. et factus est michi in salutem. **H**au-
rietis aquas in gaudio de fontibus saluato-
ris. et dicetis in illa die confitemini dño et
inuocate nomen eius. **N**otas facite in po-

pulis ad inuentiones eius. mementote quō
excelsum est nomen eius. **C**antate dño quō
magnifice fecit. annuntiate hoc in uniuersa
terra. **E**xulta et lauda habitacio syon. quia



magnus in medio tui scs israhel

60. XIX I. Santicū ezechie.

in dimidio dierum meorum. uadam

ad portas inferi. **Q**uesiui residuum annorum
meorum. dixi non uidebo dñm deum interra


uiuentium. **N**on aspiciam hominē ultia.
et habitatorem quietis. **G**eneratio mea ab
lata est et conuoluta est a me. quasi taber
naculum pastoz. **P**recisa est uelut atyren
te uita mea. dum adhuc ordier succidit
me. de mane usq; ad uespam finies me.
Sperabam usq; ad mane. quasi leo sic struit
omnia ossa mea. **D**e mane usq; ad uespam
finies me. sicut pullus hyrundinis sic cla
mabo. meditabor ut columba. **A**tenuati
sunt oculi mei. suspicientes in excello. **D**o
mine uim patior responde p me. quid dicā
aut quid respondebit michi cum ipse fece
rim. **R**ecogitabo tibi omnes annos meos.
in amaritudine anime mee. **D**omine si sic
uiuitur et in talibus uita spiritus mei. cor
ripies me et uiuificabis me. ecce in pace a
maritudo mea amarissima. **G**u autem e
ruisti animā meam ut non puer. picisti

post tergum tuum omnia peccata mea,

Quia non infernus confitebitur tibi. neque mors
laudabit te. non expectabunt qui descen-
dunt in lacum ueritatem tuam. **U**uens ui-
uens ipse confitebitur tibi sicut et ego hodie.
pater filiis notam faciet ueritatem tuam.

Domine saluum me fac. et psalmos nostros can-
tabimus cunctis diebus uite nostre in domo domini.



EVLE AVIT. Canticum anne. 


cor meum in domino. et exaltatum est
cornu meum in deo meo.

Dilatatum
est os meum super inimicos meos. quia letata
sum in salutari tuo.

Non est sanctus ut est
dominus. neque enim est alius extra te. et non
est fortis sicut deus noster.

Nolite multipli-
care loqui sublimia. gloriantes. **R**ecedant
uetera de ore uestro. qui deus scientiarum dominus est.

et ipsi preparantur cogitationes. **A**rrus
fortium superatus est. et infirmi accincti

sunt robore. **R**epleti prius panibus se loca-
uerunt: et famelici saturati sunt. **D**onec
sterilis peperit plurimos: et que multos ha-
bebat filios infirmata est. **D**ominus morti-
ficat et uiuificat: deducit ad inferos et redu-
cit. **D**ominus pauperem facit et ditat: humi-
liat et subleuat. **S**uscitans depuluerit ege-
num: et de stercore erigens pauperem. **V**t se-
deat cum principibus: et solium glorie teneat.
Domini enim sunt cardines terre: et posuit
super eos orbem. **P**edes sanctorum suorum seruabit:
et impium in tenebris omni cecidit: quia non in for-
titudine sua roborabitur uir. **D**ominum formi-
dabunt aduersarii eius: et super ipsos in celis to-
nabit. **D**ominus iudicabit fines terre: et dabit
 impium regi suo: et sublimabit cor-
nu christi sui. *Canticum moysi.*
Ad te o uis. domino gloriose
enim magnificatus est: equum et ascensore

p̄icit in mare. **F**ortitudo mea et laus mea
 dominus. et factus es michi in salutem. **I**ste
 deus meus et glorificabo eum. deus patris
 mei et exaltabo eum. **D**ominus quasi uir pu-
 gnator omnipotens nomen eius. currus pha-
 raonis et exercitum eius p̄icit in mare. **E**lec-
 ti principes eius submersi sunt in mari ru-
 bro. abyssi opuerunt eos. descenderunt in p̄-
 fundum quasi lapis. **D**extertera tua domine
 magnificata est in fortitudine. dextertera tua
 domine percussit inimicum. et in multitudine gl̄e
 tue deposuisti omnes aduersarios meos. **M**i-
 sisti iram tuam que deuorauit eos sicut sti-
 pulam. in spiritu furoris tui congregate sūt
 aque. **S**tetit unda fluens. congregate sunt
 abyssi in medio mari. **D**ixit inimicus p̄se-
 quar et cōphendam. diuidam spolia. imple-
 bitur anima mea. **E**uaginabo gladium
 meum. interficiet eos manus mea. **F**la-

uit spiritus tuus et opuit eos mare: submer-
si sunt quasi plumbū in aquis uehementibz.
Quis similis tui in fortibz dñe? quis similis tui
magnificus in sanctitate: terribilis atq;
laudabilis et faciens mirabilia. **E**xtendi
isti manum tuam et deuorauit eos terra:
dix fuisti in misericordia tua populo tuo quem
redemisti. **E**t portasti eum in fortitudine
tua: ad habitaculum sc̃m tuum. **A**scenderūt
pp̃li et irati sunt: dolores optinuerunt habi-
tatores philistiim. **T**unc turbati sunt p̃nci-
pales edom robustos moab obtinuit tremor: obri-
guerunt omnes habitatores chanaan. **T**erri-
at sup̃ eos formido et pauor: in magnitudi-
ne brachij tui. **F**iant immobiles quasi lapis:
donec p̃transeat pp̃ls tuus domine: donec p̃-
transeat pp̃ls tuus iste quē possedisti. **I**ntro-
duces eos et plantabis in monte hereditatis
tue: firmissimo habitaculo tuo quod opatus

es dñe. **S**anctuarium tuum dñe quod fir-
mauerunt manus tue: dominus regnabit
in eternum et ultra. **I**ngressus ē enim eques
pharao cum curribz et equitibz eius in mare:
et reduxit sup eos dñs aquas maris. **F**ilij
autē israel ambulauerunt p̄ siccum: in me-

Domine au **Canticū abacuc.** **G**dio ei:
diui: auditionē tuam et timui. **D**o-
mine opus tuū: in medio annoz ui-
uifica illud. **I**n medio annoz notum facies:
cum iratus fueris misericordie recordaberis. **D**e-
us ab austro ueniet: et sanctus de monte
pharan. **O**puit celos gloria eius: et laudis
eius plena est terra. **S**plendor eius ut lux
erit: cornua in manibz eius. **I**bi abscondita
est fortitudo eius: ante faciem ^{eius} ibit mors.
Egrediet^r diabolus ante pedes eius: stetit et
mensus est terram. **A**spexit et dissoluit
gentes: et striti sunt montes seculi. **I**n-

curuati sunt colles mundi. abitinere; eter-
nitatis eius. **P**ro iniquitate uidi tentoria
ethiopie. turbabuntur pelles terre madian.
Numquid in fluminibus iratus es domine. aut in
fluminibus furor tuus. uel in mari indignatio
tua. **Q**ui ascendes super equos tuos. et qua-
drige tue saluatio. **S**uscitans suscitabis
arcum tuum. iuramenta tribus; que locu-
tus es. **F**luuios sanctes terre. uiderunt te
et doluerunt montes. gurgites aquarum tran-
sunt. **P**edit abyssus uocem suam. altitudo
manus suas leuauit. **S**ol et luna steterunt
in habitaculo suo. in luce sagittarum tuarum ibunt.
in splendore fulgurantis haste tue. **I**n fre-
mitu oculcabis terram. et in furore obstupe-
facies gentes. **E**gressus es in salutem populi
tui. in salutem cum christo tuo. **P**ercussisti
caput de domo impij. denudasti fundamen-
tum usque ad collum. **B**enedixisti sceptris eius.

capiti bellatoꝝ eius. uenientibꝫ ut turbo ad
dispergendum me. **E**xultacio eoz. sicut eius
qui deuorat paupem in abscondito. **Q**uam
fecisti in mari equis tuis. in luto aquarum
multaz. **A**udiui et oturbatus est uentꝫ
meus. auoce otremuerunt labia mea. **I**n
grediatur putredo in ossibꝫ meis. et subter
me scateat. **U**t requiescam in die tribu
lationis. et ascendam ad pplm accinctum
nrꝫ. **F**icus enim non florebit. et non erit
germen in uineis. **M**entietur opus oliue.
et arua non afferent cibum. **A**bsciderur
de ouili pecus. et non erit armentum in pꝫ
pibus. **E**go autꝫ in dño gaudebo. et exulta
bo in deo ihu meo. **D**eus dñs fortitudo me
a. et ponet pedes meos quasi ceruoz. **E**t
T sup excelsa mea deducet me uictor.
in psalmis canentꝫ. *Cant deuteronomij.*
Uox itꝫ celi que loquor. audi

at tercia uerba oris mei. **C**oncre^{ut}scat **I**plu-
uia doctrina mea. fluat ut ros eloquium
meum. **Q**uasi ymber sup herbam. et quasi
stille sup gramina. quia nomen dñi inuoca-
bo. **D**ate magnificentiam deo nostro. dei p-
fecta sunt opa. et omnes uie eius iudicia.
Deus fidelis et absq; ulla iniquitate iustus et
rectus. peccauerunt ei et non filij eius infor-
dibus. **G**eneratio praua atq; puer^{te}sa. heci-
ne rectis domino ipse stulte et insipiens.
Numquid non ipse ^{est} pater tuus. qui possedit ^{te} et
fecit et circūit te. **M**emento dierū antiq̃.
cogita generationes singulas. **I**nterroga pa-
trem tuum et annuntiabit tibi. maiores tuos
et dicēt tibi. **Q**uando diuidebat altissimus
gentes. et quando separabat filios adam. **C**ō-
stituit terminos pp̃loꝝ. iuxta numerum filio-
rum israel. **P**ars autem domini pp̃ls eius. ia-
cob finiculus hereditatis eius. **I**nuenit eum

interia deserta. in loco horum et uaste soli-
tudinis.

Circumduxit eum et docuit. et
custodiuit quasi pupillam oculi sui.

Sicut aquila puocans aduolandum pullos suos. et
sup eos uolitans.

Expandit alas suas et as-
sumpsit eum. atq; portauit in humeris suis.

Dñs solus dux eius fuit. et non erat cum eo d's
alienus.

Constituit eum sup excelsum tram.
ut comederet fructus agroz.

Vt suggeret mel
de petra. oleumq; de saxo durissimo.

Butirū
de argento et lac de ouibz. cum adipe agroz
et arietum filioz basan.

Et hucos cum me-
dulla tritici. et sanguinem uue biberent me-
racissimum.

Incrassatus ē dilectus et recalci-
trauit. incrassatus inpinguatus dilatatus.

Reliquit deum factorem suum. et recessit
a deo salutari suo.

Pro uocauerunt eum in
dys alienis. et in abhominacionibz ad iracun-
diam acitauerunt.

Inmolauerunt demo-

nus et non deo. dijs quos ignorabant. **N**o
ui recentesq; uenerunt. quos n̄ coluerunt
patres eor. **D**eum qui te genuit dereliqui
sti. et oblitus es dñi creatoris tui. **V**idit
dominus et ad iracundiam accitatus est. q̄a
puocauerunt eum filij sui et filie. **E**t ait.
abscondam faciem meam ab eis. et cōsidera
bo nouissima eor. **G**eneratio enim puerla
est. et infideles filij. **I**psi me puocauerunt
in eo qui non erat deus. et irritauerunt inua
nitatib; suis. **E**t ego puocabo eos in eo qui
non ē populus. et ingente stulta irritabo il
los. **I**gnis succensus est in furore meo. et ar
debit usq; ad inferni nouissima. **D**euorabit
q; terram cum germine suo. et montiū fun
damenta oburet. **C**ongregabo sup eos ma
la. et sagittas meas cōplebo in eis. **C**onsum
ment fame. et deuorabunt eos aues morsu
amarissimo. **D**entes bestiarū inmittam in

eos cum furore trahentiū sup̄ terram atq;
serpentium.

Eorus uastabit eos gladius
et intus pauor. iuuenem simul ac uirginē
lactentem cum homine sene.

Et dixi ubi
nam sunt. cessare faciam ex hominib; me-
moriam eorū.

Sed ppter iram inimicorū di-
stuli. ne forte supburent hostes eorū.

Et di-
cerent manus nr̄a excelsa. et non dominus
fecit hec omnia.

Gens absq; consilio est et sine
prudencia. utinam sapient et intelligerent
ac nouissima puerent.

Quomodo pseq-
baŕ unus mille. et duo fugarent decem mi-
lia.

Nonne ideo quia deus suus uendidit e-
os. et dñs oclusit illos.

Non enim ē deus
noster ut dñi eorū. et inimici nr̄i sunt iudices.

De uinea sodomorū uinea eorū. et de suburbani
gomorre.

Vua eorū uua fellis. et botrus ama-
rissimus.

Fel draconū uinum eorū. et uene-
num aspidum insanabile.

Nonne hec odi-

ta sunt apud me: et signata in thesauris meis. **M**ea est ultio et ego retribuam eis in tempore: ut labatur pes eorum. **I**uxta est dies perditionis: et adesse festinant tempora. **I**udicabit dominus populum suum: et in seruis suis miserebitur. **V**idebit quod infirmata sit manus: et clausi quoque defecerunt: residuique consumpti sunt. **E**t dicent ubi sunt dii eorum: in quibus habebant fiduciam. **D**e quorum victimis comedeabant adipem: et bibebant uinum libaminum. **S**urgant et opitulentur uobis: et in necessitate uos premant. **V**idete quod ego sim solus: et non sit alius deus preter me. **E**go occidam et ego uiuere faciam: percutiam et ego sanabo: et non est qui de manu mea possit erueri. **L**euabo ad celum manum meam: et dicam uiuo ego in eternum. **S**i accuero ut fulgur gladium meum: et arripuerit iudicium manus

mea. **R**ectam ultionem hostibz meis. et hijs
qui oderunt me retribuam. **I**nebria-
bo sagittas meas sanguine. et gladius meus
deuorabit carnes. **D**e cruore occisor et de
captiuitate nudati inimicor capitis.

Laudate gentes pplm eius. quia sanguine
seruor suor ulciscet. **E**t uindictam re-
tribuet in hostes eor. et ppicius erit terre

Benedicite *ymnū trū pu* **G** ppli sui. *eror.*
benedicite omnia opa domini dño.
laudate et sup exaltate eum in se-
cula. **B**enedicite angeli domini dño. bene-
dicite celi dño. **B**enedicite aque omnes q
sup celos sunt dño. benedicite omnes uirtu-
tes dñi dño. **B**enedicite sol et luna domi-
no. benedicite stelle celi dño. **B**enedicite
ymber et ros dño. benedicite omnis spiri-
tus dei dño. **B**enedicite ignis et estus do-
mino. benedicite frigus et estas dño. **B**e

nedicite rores et pruina domino. benedicite
gelu et frigus dñō. **B**enedicite glacies et
niues dñō. benedicite noctes et dies domino.
Benedicite lux et tenebre dñō. benedicite ful-
gura et nubes dñō. **B**enedicat terra dñm!
laudet et sup exaltet eum in sc̃la. **B**enedici-
te montes et colles dñō. benedicite uniuersa
germinantia intra dñō. **B**enedicite fontes
dñō. benedicite maria et flumina dñō. **B**e-
nedicite cete et omnia que mouent̃ in aquis.
dñō. benedicite omnes uolucres celi dñō. **B**e-
nedicite omnes bestie et peccora dñō. benedici-
te filij hominū dñō. **B**enedicat israel dñm!
laudet et sup exaltet eum in secula. **B**enedici-
te sacerdotes dñi dñō. benedicite serui domini
dñō. **B**enedicite sp̃c et anime iustorū dñō. be-
nedicite sc̃i et humiles corde dñō. **B**enedicite
ananas azarias misahel dñō. laudate et su-
p exaltate eum in sc̃la. **B**enedicamus patrē

et filiū cum scō spū. laudemus et sup exal-
temus eū in scā. **B**enedictus es dñe in fir-
māto celi. et laudabilis et gloriosus. et
sup exaltatus in secula. **Canticū zacharie.**

Benedictus dñs d's isrl. quia uisitauit
et fecit redemptionē plebis sue. **E**t
erexit cornu salutis nobis. in domo
dauid pueri sui. **S**icut locutus ē p'scōz.
qui a seculo sunt pphetaz ei. **S**alutem exin-
imicis nr̄is. et de manu omniū qui oderunt
nos. **A**d faciendā misericordiam cum patribz nr̄is.
et memorari testamenti sui scī. **I**us iuran-
dū quod iurauit ad abrahā patrem nr̄m.
daturū se nobis. **E**t sine timore de manu
inimicōz nr̄oz liberati. seruam' illi. **I**n scā-
te et iusticia coram ipso. omnibz diebus nr̄is
Et tu puer ppheta altissimi uocaberis. p'bis
em̄ ante faciē dñi parare uias ei. **A**ddan-
dam scientiam salutis plebi eius. in tēmis

sione peccatorum eorum. **P**er uiscera misericordie dei
nostri. in quibus uisitauit nos oriens ex alto. **I**
luminare hijs qui in tenebris et in umbra
mortis sedent. addirigendos pedes nostros in

Truam pacis. *Canticum beate marie v.*
agnificat anima mea dominum. **E**t ex
ultauit spiritus meus. in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancille sue. ecce
enim ex hoc beatam me dicent omnes genera
tiones. **Q**uia fecit michi magna qui potens
est et sanctum nomen eius. **E**t misericordia eius propitius
in propitios. timentibus eum. **F**ecit potentiam
in brachio suo. dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede. et exaltauit humi
les. **E**surientes impleuit bonis. et diuites
dimisit inanes. **S**uscepit israel puerum suum.
recordatus misericordie sue. **S**icut locutus est ad
patres nostros. abraham et semini eius in secula.
Canticum seni syon FO 21 S.

Nunc dimittis seruū tuum domine. secundum uerbū tuum in pace. **Q**uia uiderunt oculi mei. salutare tuū. **Q**uod parasti ante faciem. omnium pploꝝ. **L**umen ad reuelationē gentiū. et glām plebis tue ysrabel.

Pater nŕ qui es in celis. **Oratio dñica**
 sanctificet noī tuū. adueniat regnū tuū. fiat uoluntas tua sicut in celo et in tŕa.
 Panem nŕm cottidianū da nobis hodie. et dimitte nobis debita nŕa sicut et nos dimittimus debitoribꝫ nŕis. et ne nos inducas in temptationē. Sed libera nos a malo. Amen.

Credo in deū patrem omnī **Symbolum.**
 potentē. creatorem celi et terre. et unū xpm filiū eius unicum dñm nŕm. qui conceptus ē de spū scō. natus ex maria uirgine passus sub pontio pilato. crucifixus mortu⁹ et sepultus. descendit ad inferna. tertia die resurrexit a mortuis. ascendit ad celos. sedet

addexterā dei patris om̄p̄is. inde uenturus ē
iudicare uiuos et mortuos. credo in sp̄m sc̄m.
sc̄am ecc̄liam katholicā. sc̄ōz om̄unionē. remis-
sionē pecc̄ōz. carnis resurrectionē. et uitā eter-

Qui cūq; **V**nam **A**en.
uult saluus esse. ante omnia opus est
ut teneat katholicā fidē. **Q**uā nisi
quisq; integram inuiolatāq; seruauerit absq;
dubio in eternū p̄bit. **F**ides autē katholica
hec est. ut unū deum in trinitate et trinitatē
in unitate uenerem̄. **N**eq; cōfundentes p̄sonas.
neq; substantiā separantes. **A**lia ē enī p̄sona
patris. alia filij alia sp̄s sc̄i. **S**ed patris et
filij et sp̄s sc̄i una ē diuinitas. equalis gl̄a coe-
terna maiestas. **Q**ualis pater talis filius.
talis sp̄s sc̄s. **I**ncreatus pater increatus fili.
increatus sp̄s sc̄s. **I**mmensus pater immens
fili. immensus sp̄s sc̄s. **E**ternus pat̄ eternus
filius. eternus sp̄s sc̄s. **E**t tam̄ non tres et̄ni.

sed unus eternus. **S**icut n̄ tres increati nec
tres immensi. sed unus increatus et unus im-
mensus.

Similit̄ om̄ps pater om̄ps filius. **O**
om̄ps sp̄s sc̄s. **E**t tam̄ non tres omnipoten-

tes. sed unus om̄ps. **I**ta deus pater d̄s filius.

d̄s sp̄s sc̄s. **E**t tam̄ non tres dij. sed unus
est d̄s. **I**ta dñs pater dñs filius. dñs sp̄s sc̄s.

Et tam̄ non tres dñi. sed unus ē dñs. **Q**uia
sicut singulatim unā quāq; psonā deum aut
dñm xp̄iana ueritate opellimur. ita tres deos
aut dños dicere catholica religione phibem̄.

Pater a nullo est factus. nec creatus nec genit⁹.

Filius a patre solo ē. non factus nec creatus s; **g**
genitus. **S**p̄s sc̄s a patre et filio. n̄ factus nec
genitus sed pcedens. **U**nus ergo pat̄ non tres

patres. unus fili⁹ n̄ tres filij. unus sp̄s sc̄s n̄ tres
sp̄s sc̄i. **E**t in hac trinitate nichil prius aut
poster⁹. nichil maius aut minus. s; tote tres
psone coeterne sibi s̄ et coequales. **I**ta ut p

omnia sicut iam sup̄ dictū est ut unitas in-
nitate. et trinitas in unitate ueneranda sit.

Qui uult ergo saluus esse. ita de trinitate sen-
tiat. **S**ed necessariū est ad eternā salutē.

ut incarnationē quoq; dñi nr̄i ih̄u xp̄i fide-
lit̄ credat.

Est ergo fides recta ut credam̄
et cōfiteam̄. quia dñs nr̄ ih̄c xp̄c dei fili. d̄s

et homo ē. **D**eus ē ex substantia patris
ante secula genitus. et homo est ex substantia

mat̄s in seculo natus. **P**erfectus d̄s p̄fectus
homo. ex anima rationali et humana carne sub-

sistens. **E**qualis patri sc̄dm̄ diuinitatē. mi-
nor patri sc̄dm̄ humanitatē.

Qui licet d̄s sit
et homo. n̄ duo tam̄ sed unus ē xp̄c.

Unus
autē non conuersione diuinitatis in carne. s̄
assumptione humanitatis in d̄m.

Vnus om-
nino n̄ cōfusione substantie. sed unitate p̄sone.

Nam sicut anima rationalis et caro unus est
homo. ita d̄s et homo unus ē xp̄c.

Qui pas-

sus ē p̄ salute nr̄a. descendit ad inferos t̄cia die re-
surrexit a mortuis. **A**scendit ad celos. sedet ad
dexterā dei patris omnipotentis. inde ventu-
rus ē iudicare uiuos et mortuos. **A**dcui⁹ ad-
uentū omnes homines resurgere habent cum
corpib⁹ suis. et reddituri sunt de factis p̄prijs ra-
tionē. **E**t qui bona egerunt ibunt in uitā
et̄nam. qui uero mala in ignē eternū. **H**ec est
fides katholica. quam nisi quisq⁹ fidelit̄ firmit⁹
crediderit. saluus esse non poterit.

Arieleison. **S**c̄a maria ora p̄ nobis.

Ap̄eleison. **S**c̄a dei genit̄x. or.

ater de celis **S**c̄a uirgo uirginū. or.

d̄s miserere nobis. **S**c̄e michael. or.

Fili redemptor mun **S**c̄e gabriel. or.

di d̄s. miserere nobis. **S**c̄e raphael. or.

Sp̄s sc̄e d̄s misere nob. **O**ēs sc̄i beatorū sp̄uū

Sc̄a trinitas unus ordines orate p̄ nobis

deus miserere nob. **S**c̄e iohes bapt̄a. or.

O m̃s sc̃i pat̃arche et p̃	S c̃e stephane.	or.
phete orate p̃nobis.	S c̃e clemens.	or.
S c̃e petre.	or. S c̃e lyte.	or.
S c̃e paule.	or. S c̃e alexander.	or.
S c̃e andrea.	or. S c̃e corneli.	or.
S c̃e iacobe.	or. S c̃e cypriane.	or.
S c̃e iohannes.	or. S c̃e blasi.	or.
S c̃e thoma.	or. S c̃e lampre.	or.
S c̃e iacobe.	or. S c̃e vincenti.	or.
S c̃e philippe.	or. S c̃e laurenti.	or.
S c̃e bartholomee.	or. S c̃e thoma.	or.
S c̃e mathee.	or. S c̃i iohes et paule.	or.
S c̃e symon.	or. S c̃i eosima ydamlane.	or.
S c̃e thathie.	or. S c̃i fabiane et sebasti	
S c̃e mathia.	or. ane orate p̃nobis.	
S c̃e barnaba.	or. S c̃e pantaleon.	or.
S c̃e enarce.	or. S c̃e felix.	or.
O m̃s sc̃i apli et eugli.	S c̃e eirille.	or.
ste orate p̃nobis.	S c̃e symeon.	or.

S æ valentine,	or.	S æ Ambrosi.	or.
S æ Erislogone,	or.	S æ augustine,	or.
S æ Adriane,	or.	S æ Gregori.	or.
S æ Urbane,	or.	S æ Nicolae,	or.
S æ Geori,	or.	S æ Benedicte	or.
S æ Vite,	or.	S æ Bernarde,	or.
S æ Oswalde,	or.	S æ Malachia.	or.
S æ Pelagi,	or.	S æ Petre.	or.
S æ Dionisi cū sociis tu		S æ Remigi.	or.
is ora p̄ nobis,		S æ Pauline,	or.
S æ bonefaci c̄ so. t.	or.	S æ Cunrade.	or.
S æ Iuliane c̄ so. t.	or.	S æ Vidalrice.	or.
S æ Cyriac̄ c̄ so. t.	or.	S æ Bricti.	or.
S æ Januari. c̄ so. t.	or.	S æ R̄berte.	or.
S æ Maurici. c̄ so. t.	or.	S æ Ieronime.	or.
O ms sc̄i martirs,	or.	S æ Columbane.	or.
rate p̄ nobis,		S æ Galle	or.
S æ filuester.	or.	S æ Othmare,	or.
S æ Martine,	or.	S æ magne.	or.

Scē Antoni.
Scē fernule.
Omnēs sancti confesso
res orate pro nobis.
Scā maria magdalene.
Scā felicitas.
Scā perpetua.
Scā agatha.
Scā agnes.
Scā lucia.
Scā cecilia.
Scā katherina.
Scā xpīna.
Scā apollonia.
Scā valeria.
Scā Regula.
Scā wiborada.
Scā Juliana.
Scā. afia.

or. **S**cā Emerentiana.
or. **S**cā Walpurgis.
or. **S**cā scolastica.
or. **S**cā margarita.
or. **S**cā Verena.
or. **S**cā Othilia.
or. **S**cā Ursula. cum sodali
or. bz tuis ora pro nobis.
or. **O**mnēs sancte uirgi
or. nes orate pro nobis.
or. **O**ēs scī orate pro nobis.
or. **P**ropici' esto pax nobis
or. dñe. **A**b inminentibz
or. peccatorū nūz piculis.
or. libera nos dñe. **A**dā
or. pnatione ppetua libā
or. nos dñe. **A**b infesta
or. cionibz demonū libā
or. dñe. **A**spū fornicati

onis lib'a nos dñe. **A**b appetitu inanis gl'e. li.
 b'a nos dñe. **A**b immundicia mentis et corpis.
 li. n. d. **A**b ira et odio et omni mala uoluntate
 li. n. d. **A**b immundis cogitationibz lib'a nos dñe.
 fulgure et tempestate li. n. d. **A**subitanea et
 impulsu morte. li. n. d. **P**er misteriu sc'e incar-
 nationis tue. li. n. d. **P**er passionē et crucē tuā.
 li. n. d. **P**er gl'osam resurrectionē tuā. li. n. d.
Per amirabilem ascensionē tuā li. n. d. **P**er gl'iam
 sc'i sp'e paracliti. li. n. d. **P**er sc'am genitricem
 tuā. li. n. d. **P**er merita omniu sc'oz tuoz. li.
 no' dñe. **I**n hora mortis li. n. d. **I**n die iudicii. li.
 n. d. **P**eccatores te rogamus audi nos. **U**t
 pacē nobis dones te rogam' audi nos. **U**t ec-
 clesiā tuam regere et defensare digneris. te
 rogam' audi nos. **U**t loca nrā et om's habi-
 tantes in eis uisitare et solare digneris te ro-
 au. no'. **U**t domnū ap'licū et om's gradus ec-
 clesie in scā religione aseruare digneris. te roga-

mus audi nos. **U**t ep̄os et abbates n̄ros et
oēs aggregationes illis amissas in sc̄a religione
conseruare digneris. te ro. au. nos. **U**t aggre-
gationes omniū te timentū in tuo sc̄o seruitio
conseruare digneris. te ro. au. nos. **U**t regibz et
principibz n̄ris pacē et uerā concordia atq; uic-
toria donare digneris te ro. au. nos. **U**t cun-
tū pplm xp̄ianū p̄cioso sanguine tuo redemptū
conseruare digneris. te ro. au. nos. **U**t animas
n̄ras et parentū n̄roz abet̄na dampnatione
eripias te. ro. au. nos. **U**t fructus t̄re nobis
dare et conseruare digneris te ro. audi nos.
Ut omnibz fidelibz defunctis regem et̄nam do-
nare digneris te. ro. au. nos. **U**t nos exaudi-
re digneris. te. ro. au. nos. **F**ili dei te rogam⁹
audi nos. **A**gnus dei qui tollis peccata mū-
di. exaudi nos dñe. **A**gnus dei qui tollis
peccata mundi. parce nobis dñe. **A**gnus dei
qui tollis peccata mundi. miserere nobis.

Ryriel. **X**p̄leison. **R**yriel. **P**ater noster,
Ostende nobis dñe mīam tuā. et salutare tuū
 da nobis. **E**sto nobis dñe turris fortitudinis.
 a facie inimici. **F**iat mīa tua dñe sup nos.
 quēadmodū spauim⁹ inte. **D**ñe exaudi orati
 onē meā. et clamor meus ad te ueniat.

Eccelesie tue dñe preces placatus **Colla.**
 admittite. ut destructis aduersitatib⁹ et
 errorib⁹ uniuersis. secura tibi seruetur libertate. **Ps.**

Deus a quo scā desideria recta. **Psace.**
 osilia et iusta sunt opa. da seruis tuis il
 lam quā mundus dare non potest pacem. ut
 et corda nr̄a mandatis tuis dedita et hostiū
 sublata formidine tempa sint tua p̄tectione

Actiones **Collec^{ta}.** **O** tranquilla. **Ps.**

Anr̄as q̄s dñe aspirando p̄ueni et adiuuan
 do p̄sequere. ut cuncta nr̄a opatio et ate semp
 incipiat. et p̄cepta finiat. **Ps. Collecta**
Oeus cui ppriū est misereri semp et parcere.

suscipe deprecationē nrām. et quos delictorū

cathena dstringit. miseratio tue pietatis

Deus qui ha absoluat.
ritatis dona pgrām scī sp̄s tuorū cor

dibz fidelū infudisti. da famulis et famulabz

tuis p quibz tuam deprecamur clementiā sa

lutē mentis et corpis. ut te tota corde dili

gant. et que tibi placita sunt tota dilectio

One perficiant. P.

Om̄ps sempit̄ne d's melloz solatio. la

borantiū fortitudo. pueniant ad te p̄ces deq̄

cumq̄ tribulatione clamantiū. ut om̄s sibi in

necessitatibz suis m̄iam tuam gaudeant affusi

ideliū d's

se. P.

omniū conditor et redemptor. animabus

famuloz famularūq̄ tuarū remissionē cunctoz

tribue peccatoz. ut indulgentiam quam


semp optauerunt p̄is supplicationibus con


sequantur. P.



quietate tua quesum' dñe nr̃oꝝ solue uin
 cula omniũ peccatoꝝ. et interceden
 te beata et glorioſa ſempq; uirgine
 dei genitrice maria cū omnibz ſc̃is tuis. dom
 nũ papam pontifices et albates nr̃os et oēs
 aggregationes illis omiſſas. reges et principes
 nr̃os. et omnẽ ppl̃m xp̃ianũ. et nos ſamulos
 tuos atq; loca nr̃a in omni ſc̃itate et religio
 ne custodi. om̃sq; affinitate ac familiaritate
 nobis iunctos auicijs purga uirtutibz illu
 ſtra. pacẽ et ſalutẽ nobis tribue hoſtes uiſi
 biles et inuiſibiles remoue. carnalia deſide
 ria repelle. aerem ſalubre indulge. amicis et
 inimicis nr̃is karitatẽ largire. et iter ſa
 muloz tuoz in ſalutis tue pſperitate diſpo
 ne. infirmis nr̃is ſanitatẽ reſtitue. et om
 nibz fidelibz uiuis et defunctis in terra ui
 uentiũ uitam et requiem eternam concede.
 Reunde dñm nr̃m ih̃m xp̃m filiũ tuum.

Dat sijn int uerzeche vil vreiben. d' sol ze complete gedenken.
 wie vnsere herte iesus xpc an sine gebete wart do marck v'hober
 wande er so rechte arande waf er liden solte. do wart sin angest alle
 groz. d' d' blingte sijn v' sine reuen libe vloz. v' rechte angest
 v' v' b'itheit niet er so sine var v' sprich. herte v' s'ez din wile
 so reue d'le marter v' mit doch v' de dan wille v' mit d' mine. hie
 mitte mögen v' wol geleitet sin. d' wir vnsere eigen willen mit
 son hat. van d' sine egen willen niht wil v' d' mit. d' marck
 rehten wech so dem himelriche mit gegin. **E**re v' so geden
 ze. wie die wden so int namen mit colben v' mit larnen
 en in all eine diep. sie wegen in v' bonden in. d' leit er d' d'
 vnsere so. d' solte benden wart er leit v' meten v' prime.
 v' alllegieren in. sin an spuren sin vil heiligel antworte. d' d' al an
 spiege v' an winne der engel. dar an gedenke so do d' antworte
 zieret gegen wellicher v'keit. wart d' rane d' minneche ant
 worte durch dich leit. **E** prime so gedenke wie d' konig au
 swinge var pilat ze gerichte stont. er lie sich mit willcher lögel
 d' v' teilde ver teilen in den tot. d' leit er durch d'. dar er vnt
 er löste v' d' v' teilde sinel mit v' ranel. dar an gedenke soch so do
 v' ieman d'kein vider möre halt. wie din shephure in din gor
 vor einim vngellaten heiden ze gerichte stont. **E** worte so geden
 ze. d' er v' gezogen wart. sin stogen in d' d' bl' v' zallache
 v' sine sworen libe gor. si cöden mit scharphen d'ne die
 d' d' in gie wol so v' libenrecht wunden. v' dennoch me, her an
 gedenke so do din höber höbteche zieret. wie d' d' shephure
 höber mit rohen d'nen durch stoehen wart. wie d' bl' v' sin so
 zel antworte v' d' d'. **E** sette so gedenke wie er mit blingem libe
 v' d' den cruce giene. er en wart nie mordet so vbel v' bereite
 in ane sin arbeit doch den galgen. wan vnsere herten iesu xpc.
 alleine. d' möse sin cruce v' sinem seigem v'winne libe rängen. her
 an gedenke so do höbteche stalt v' gast. wie iamorliche alder
 welte herte giene. er wart v' d' and' selben mit. and' cruce gellage
 durch hende v' durch f'ze. zer dent v' v' zogen wart sin so zer
 dent v' zer zogen. owe gedenke rehte wie in wart do mit gan
 zer v' siner scharrel v' v' sine versin wart. er en wart ein wed
 wart oder tot bl'v. sin vil minnecher antworte wart alle ianliche
 d' si in vigen er wart v' zierich. indurte grozen not so sprach er
 in d' d' herte dich en d'vste mit so leit hplichel drinchemel hane
 sin d' d'lich v' gallon bren. so d' d' rane munde. dich d'vste





H. 3. 5







This document is a digital facsimile of a manuscript belonging to the Walters Art Museum, in Baltimore, Maryland, in the United States. It is one of a number of manuscripts that have been digitized as part of a project generously funded by the National Endowment for the Humanities, and by an anonymous donor to the Walters Art Museum. More details about the manuscripts at the Walters can be found by visiting The Walters Art Museum's website www.thewalters.org. For further information about this book, and online resources for Walters manuscripts, please contact us through the Walters Website by email, and ask for your message to be directed to the Department of Manuscripts.



The Walters Art Museum
600 N. Charles Street
Baltimore, Maryland
21201

<http://www.thewalters.org/>



Released under a Creative Commons Attribution-
NonCommercial-ShareAlike 3.0 Unported license
<http://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/3.0/legalcode>
Published 2013